



zu 002

O. i. 840 (1-101).

CONCLUSIONES
EX TIT. FF. ET
C. DE CONDICTIONE IN-
DEBITI, ET SINE CAUSA.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,
PRAESIDIBVS CLARISSIMIS CONSULTISSIMIS-
que viris D. Ioanne Michaële Cronenburgero, & D.
Ioanne Hollandt SS.LL. Licent. Dictatore & Fisco, in
celeberrimo apud Agrippinates Iuris Collegio, an-
tiquo de more publicè defendere
conabitur.

ALBERTVS DYENBERG
S.R. BREFORDIANVS.

*Anno ab humana salutis redempt. 1591.
pridie Id. Septemb.*




COLONIAE AGRIPPINAE Mm
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

EX LIBRIS

COLLEGIUM

ALBERTVS

ALBERTVS



COLLEGIUM

ALBERTVS



CONTINVATIO.

Cum superioribus disputationibus de mutuo, quod ob rem contrahitur actum, recte de indebiti condictione, quae ex promutuo datur, tractatus subiungi videtur.

Gloss. ad l. i. ff. h. tit.

CONCLUSIO I.

Cum illotis, ut aiunt, manibus quid aggredi videtur, ubi rei quidditas initium non tenet, non absurdum videbitur, si praeter ceteris definitionem huius praemiserim materia, quae in hunc modum tradi potest. Condictio indebiti nihil aliud est, quam actio personalis, (a) Civilis, (b) stricti iuris, (c) qua actor intendit a reo, sibi ex aequitate restitui oportere, quod indebitum solutum est. (d)

(a) §. omnium action. in prin. & §. appellamus. Inst. de Act. ubi Baldi & alij. l. actionum genera 24. §. in person. l. act. in perso. 27. ff. de act. & obligat. l. pecuniae 178. §. actionis, ff. de verb. signif. l. his solis 49. h. t. V. Vesenb. in parat. num. 10. h. t. (b) Cuius tract. 2. Ad Afric. in prin. (c) ex vulg. Dd. interpret. in §. act. Inst. de act. (d) l. dominus 53. h. t.

II.

Indebiti quatuor recte genera constituuntur, I. utroque iure, Alterum indebitum civiliter, Iure autem naturali debitum, Tertium civiliter debitum, naturaliter non item, Quartum denique & postremum, tam civili, quam etiam lege naturae, debitum, ope autem exceptionis indebitum efficitur.

Bart. Costal. & communiter Dd. licet Iasi & Brant. in hoc aliter sentiant, ad l. i. ff. h. tit. Corraf. ad l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. nu. 2. & 14. gl. in c. fin. ext. de solut. & in c. turbatur. i. q. 4.

III.

Primo modo solvens (id est ignoranter, (a) vel per suasionibus, & blanditijs inductus) (b) iuris aut facti ignorantia non obest, quo minus res tradita repeti possit; (c) Quod tamen fallit si ex causa pietatis, (d) auctoritate rei iudicatae, (e) & transactionis nomine, (f) solutio facta fuerit.

(a) l. i. h. t. (b) l. cum glo. in verb. Extorta, ubi Bald. C. ne fil. pro pat. Costal. ad fin. l. i. h. tit. ff. (c) l. sed et si me putem h. t. arg. l. iuris, l. error, ff. de iur. & fac. ignor. c. pen. §. pen. i. q. 4. (d) l. ex duobus, §. ult. de negot. gest. l. i. l. alimenta. C. eod. l. cum is, §. si mulier. h. t. (e) l. si fideiuss. §. in omnib. ff. mandatj, l. i. C. h. t. l. eleganter, §. i. l. Iulianus 60. h. tit. l. ex causa de compensat. l. cum putarem, ff. famil. ercisc. (f) l. in summa. & d. l. eleganter, ff. h. t. l. 2. C. h. tit.

IIII.

Altero modo conditio tenet, si a pupillo, furioso & eo cui bonis interdictum est, solutio facta fuerit, (a) Alias nisi per ignorantiam facti, (b) iuris non item, (c) traditum quid probetur, repetitioni non erit locus. (d)

(a) l. inter-

(a) l. interdum 29. ff. h. t. l. quamuis, §. interdum, ad SC. Vellei. (b) non supinam, l. nec supina, l. regula, ff. de lu. & fa. ignor. l. error facti, l. cum quis C. de iu. & fa. ign. c. turbatur, §. item ignor. i. q. 4. (c) l. 3. §. fin. ff. Quod quisque iur. l. fideicommiss. h. t. l. fin. ad Maced. vide glo. ad d. l. 10. & l. error sup. d. tit. l. constitutiones, C. de iu. & fa. ignor. l. leges sacra- tifs C. de legib. c. si cupis 16. q. 1. l. 2. C. de in ius vocand. c. ult. dist. 37. c. si in laicis, distinct. 38. c. innocens 22. q. 4. (d) l. naturales, ff. de act. & obligat. l. fideiussor, §. fideiussor. de fide- iuss. l. naturaliter 13. & l. si 15. 2. 4. h. t. ff. l. quamuis C. ad SC. Vellei.

V.

In tertio vero nihil obesse video, (a) quin solutum quocunque errore, repeti possit. (b)
(a) §. 1. de litter. obligat. l. si vnus, §. pactus, ff. de pact. l. Stichus, §. naturalis, ff. de solut.
(b) d. c. cum turbatur, §. pen. i. q. 4.

VI.

Circa quartum, denique quod exceptionis ope indebitum efficitur, hoc notandum venit, ut siquidem exceptio temporalis & dilatoria, sit, (a) iuris non facti ignorantia (b) repeti- tionem imbebeat. Qui autem exceptionem perpetuam habet & fauorabilem, solutum quo- cunque errore, repeti potest, (c) nisi in odium introducta fuerit, (d) quo casu tamen er- ranti in facto, repetitionem concedi receptum est. (e)

(a) Accurf. h. l. 2. de except. (b) l. in diem ff. h. t. l. fideiussor, §. non male, l. fideiuss. quā- uis, ff. de mandati, (c) l. qui except. l. si non sortem, §. indebit. §. adeo, h. t. (d) d. l. qui excep- h. t. (e) l. fin. ff. ad Maced.

VII.

Ex his subsequentes ha elici quaestiones possunt, An mulier, uti pupillus, pecuniam ad quam non ciuilitur, sed naturaliter tenebatur, repetere per indebiti conditionem possit. Et verius est, licet in multis propter sexus fragilitatem ipsis succurratur, (a) repetitionem denegari. (b) Item si exceptio, qua tutus est tutor, nihil aut fauoris vel odij contineat, quales est ea, qua ad iuris rigorem introducta, ut excussionis & c. (c) an repetitio hoc casu habeat locum; Rectius est, quouis errore solutum repeti haud posse. (d)

(a) l. 1. & tot tit. C. ad SC. Vellei. Auth. hodie de custod. reorum, l. praegnantis 3. ff. de poe- nis. l. 2. §. si non propter ff. si quis caut. c. mulieres, de iudi. in 6. (b) argum. l. interd. 29. h. t. l. fin. C. de iu. & fa. ignor. ijs enim nisi in quibusdam casib. ius ignorare est permillum. l. pen. in prin. ff. de iu. & fa. ignor. (c) Auth. praesenti C. de fideiuss. §. si plures Inst. de fide- iuss. §. 1. de duob. reis. Inst. l. Iulianus vbi Bart. h. t. (d) l. si testimonio. §. 1. de fideiuss.

VIII.

Debitum & procuratori, non ad lites, (a) sed generale mandatum habenti, recte sol- uitur, liberationem siquidem parit, (b) Indebitum autem si ipsi tradatur, ab ipso, nisi do- mini rati habitio superuenerit, repetendum erit. (c)

(a) l. hoc iure de solut. (b) l. si procuratori 14. ff. de cond. caus. da. l. si procurator. C. h. t. (c) d. l. si procuratori, & l. si procurator iam d. tit. Illicita enim generali mandato non veniunt, l. 3. §. si procurat. ff. Quod quisque Iu. text. in l. Lucius, §. imperator, Ad Trebell.

IX.

Is autem qui soluit scienter procuratori falso, an liberatio ex eo sequatur, Et melius est,

est, licet nonnulli teneant contrarium, (a) solventem hoc casu, nec liberari nec repetere, quicquam posse, (b) sin autem ignoranter procuratori falso solvatur, & causa appareat qua existimare solvens poterat, recipientem procuratorem esse, rectè liberatio sequetur. (c)

(a) Vide Costal. ad l. si procurator. ff. de cond. caus. dat. argum. l. eleganter, §. qui res probos. ff. de pign. act. l. cum aurum. de solut. gl. in l. dispensatorem, vers. solut. d. tit. (b) l. si non sortem, §. qui filiofam. h. t. l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. l. i. l. 50. l. 62. ff. h. t. l. cū qui, §. i. de inoff. testamento. l. indebitum, C. h. t. (c) l. cum fundus, §. seruum, ff. si cert. petatur. vide Bart. & las. ad d. l. si procurat. d. t.

X.

Haud exigua caret dubitatione hæc quæstio, An falsus procurator, pecuniam recipiendo, furtum committat; Ego si malo & lucrandi animo pecuniam acceperit, furti eum teneri, (a) non solum dixerim, sed etiam præter rei restitutionem actione, dupli nec manifesti furti conveniendum. (b)

(a) l. si procuratori, ff. de cond. caus. da. l. qui vas, §. vetare, ff. de furtis. l. falsus, C. de furtis. (b) Azo contrar. tenet, idque argum. definitionis (furtum est alienæ rei contrect.) §. i. de obligat. quæ ex delict. Veritas autem aliud suadet, ut iam in allegat. ll. est videre. Bart. ad d. l. si procurator. nu. 7. & 18. argum. l. si vendidero in fin. de furt. l. cum seruus. 15. ff. de cond. caus. da. Costal. ad d. l. si procuratori iam d. t.

XI.

Indebiti conditio cum naturalis sit, (a) ea ex æquo & bono introducta, in tantum producit obligationem, in quantum quis locupletior factus est. (b) Hinc est, quod interdū ultra restituendum, (c) quam primo traditum, (d) & etiam quandoque minus, quandoque nihil. (e)

(a) l. indebiti 15. h. t. VVesenb. & Bart. ibi. (b) Bart. l. naturalem 13. §. vlt. & arg. l. nam hoc 14. l. hæc conditio 66. h. t. ff. l. 3. §. si seruus, de tribut. act. l. si pupilli, in princ. ff. de negot. gest. l. iure naturæ, ff. de reg. iur. l. cum hi, §. si quis, de transact. l. illicitas, de off. præsid. (c) d. l. 15. l. in summa, §. Ei qui h. t. (d) d. l. in summa, §. vlt. (e) l. si nō sortem, §. libertus, h. t. d. l. cum hi, §. si quis de transact.

XII.

Et hæc actio cum rei sit persecutoria, (a) rectè ad heredem transit, (b) quare id quod indebite, ignoranter, (c) scientia namque repetitionem denegat, (d) à testatore solutum, rectè ab heredem condicetur. (e)

(a) in prin. Instit. de act. glo. ad l. i. C. h. t. in verb. condicet. arg. l. i. de eo quod cert. (b) l. si fundi, 12. h. t. vbi Bart. nu. 1. & 2. VVesenb. nu. 10. h. t. (c) l. i. l. 62. ff. h. t. l. i, C. h. t. (d) l. error 9. C. ad l. fal. d. l. i. l. quod quis, 50. h. t. l. indebitum, 9. C. cod. l. cuius per errorem 53. de reg. iur. l. cum qui, 21. §. i. de inoff. test. l. si cum aurum, de solut. l. si quis, 12. de nouat. & delegat. (e) d. l. 12. si fundi, h. t. l. i. C. cod.

XIII.

Ad allegatam iam l. si fundi, Gloss. & Dd. passim vsum fructum in causalem & formalem

rem distinguunt, (a) quæ distinctio et si communiter recepta, eorum tamen opinionem disputationis erga, veriore dixerim, qui distinctionem istam rejiciunt, & unicum usum fructum constituunt. (b)

(a) Glo. ad d. l. si fundi, & Zas. h. t. Bart. ibid. Costal & alij ad l. i. ff. de usufructu. (b) Alciat. ad l. recte dicimus 25. ff. de verb. signif. num. 2. Duar. ad l. si ita stipulatus, 126. de verb. obligat. hanc distinct. ineptâ dicit, veritas ex definit. clara est, est enim ius alienis reb. & c. vtendi.

XIV.

Controversia hanc & questionem non carere video, duobus indebite solventibus, vtri condictio detur, in qua dubitatione hoc statuendum iudico. Simul si solvant, unusquisque pro rata, ad repetitionem admittendus, si vero diuersis temporibus soluissent, ultimo repetitio concedenda. (a)

(a) l. si pœnæ 19. §. fin. l. si reus 20. l. cum duo 25. l. Stichus ult. §. Titius h. t. l. sed et si quis, de usufructu, benigne tamen statuitur, vt ad recipientem electio pertineat, quoties plures soluissent, ne inter se de repetitione discordent. l. plane 21. vbi Bart.

XV.

Belle huc autem quæstio annectitur, de eo qui estimationem soluit, quia rem dare non poterat, an si res post ad recipientem perueniat. Electio solventi detur, vt quod volet repetat, breuiter Dd. altercationibus omisis, distinguendo concludo. (a) Soluens tres habet actiones, actionem ex contractu, & hoc casu ad recipientem pertinet electio, (b) Item datur actio in rem, & hinc res venit restituenda, (c) si condictio sine causa, estimatio restituetur. (d)

(a) Bart. in l. commodato, §. ult. ff. Commodati. (b) d. §. ult. (c) l. si culpa. ff. de rei vendicat. (d) l. si fullo de cond. sine causa, l. 2. de condict. causa data.

XVI.

Ceterum cadunt in hanc actionem res omnes, cuiuscunque sint generis, siue corporales, (a) vt in mutuo, (b) siue ex bono & a quo incorporales vt iura. (c)

(a) l. si non fortem, §. libertus, §. adeo, & §. si centum ff. h. t. l. 3. l. indebitum, 9. C. eod. (b) l. 2. §. mutui, ff. de reb. cred. si cert. pet. §. 1. Instit. quib. mod. re contrah. oblig. (c) l. hæc condictio 66. l. si fundi, l. in area, 33. l. indebiti 15. §. 1. l. qui plus 31. ff. h. t. V Velsenb. in paratit. ff. cod. nu. 1. Marant. part. 4. nu. 41. Cuiac. h. t.

XVII.

Impense in rem restituendam collatae, per retentionem, deducendæ, (a) cum re enim restituta, repetitioni minimè locus erit, (b) Ex æquitate tamen, quæ neminem fert cum alterius iactura locupletari, (c) per iudicis officium, aut vtili in factum actione succurri poterit. (d)

(a) l. si in area 33. l. qui exceptionem 40. §. si pars, l. in summa 65. §. ei qui, ff. h. t. l. sumptus 48. de rei vendicat. l. fructus 7. ff. solut. matrim. l. plane 38. ff. de petit. hered. (b) l. ex quib. §. 1. ff. h. t. Cuiac. lib. 8. obser. cap. 10. (c) l. iure naturæ, ff. de reg. iur. l. cum hi, §. si quis, de tranfact. l. nam hoc, ff. h. t. (d) Gloss. in d. l. si in area, in verb. seruare, & ibi Paul. de Cast. in fin.

fin. Cyn. at eum allegat. Costal. in d. l. si in area, h. t. ad l. si quis sciens. C. de rei vind. dicitur
re tradita, nullo remedio restituenti caueri posse.

XVIII.

Subsequenter quero, an inter fratres, sub eiusdem patris potestate constitutos, ex mu-
tuo civilis obligatio oriri possit; Itē an pecunia fratri ratione mutui soluta, mortuo patre,
tanquā indebita cōdici possit; pro quarū questionū dissolutione, tene, Civile obligationē in-
ter fratres patre superstite, minime subsistere posse; (a) Deinde pecunia pro ea parte, ra-
tione mutui persoluta repetetur, qua frater patri suo heres extiterit. (b)

(a) Vide Bart. ad l. frater à fratre num. 1. ad longum vide Corras. ad allegatam iam l. h. t.
Et ratio est, quia obligatio acquisita fratri creditori, è vestigio per eum patri acquiritur,
§. ci. vero, Instit. de inutilib. stipulat. l. vlt. C. eod. cū scimus, §. vlt. de agric. & censit. l. placet
de acq. hered. l. cum prætor. & l. his nulla de iudicijs. c. nonne. de præsumpt. l. actiones, de
act. & oblig. (b) l. frater à fratre h. t. vbi vide Dd.

XIX.

An autem l. frater à fratre. re & fama difficillima & obscura maximè, in tribus pluri-
būsve procedat fratribus, non parum inter Dd. decertari comperio; Corrasii interim, qui
eam in pluribus locum tenere asseuerat, reliquis non attentis, sententiam vii veritat. &
legibus magis conformem, veriore putauerim.

(a) Bart. contrar. tenet, vt & Ias. in anteludijs. his & Angel. Perus. assentitur, idque arg.
l. quæsitum, §. 1. de peculio. (b) Corras. ad d. l. frater à fratre h. t. nu. 2. 3. & 4. Idem tenet Ful-
gos. hic. col. penult. An autem in plurib. seruis etiam hæc lex procedat, vide Corras. ad d.
l. num. 5.

XX.

Finem hæc faciat quæstio. Debitum falso procuratori solutum, domini ratihabitione nõ
subsecuta, an indebiti condictione, vel ob causam sit repetendū, circa quam quæst. Dd. mul-
tum licet digladiantur; quia tamen vtraque pars rationes sat firmas & legibus non con-
trarias adducit, problematice disputandi gratia, defendere est animus.

Cond. ob caus. Gloss. Odofr. Bart. ad l. si procuratori, ff. de cond. caus. dat. nu. 6 8 12. &
19. arg. l. cum indebitum, §. 1. ff. h. t. l. si vendidero §. fin. de furt. Costalius verò indebiti
dandam concludit in d. l. si procuratori text. optimus in l. creditoris C. h. tit. d. l. si vendi-
dero, §. fin. de furt.

XXI.

Restat nūc vt de condictione sine causa, breuiter dicamus, quæ in eo à superiore differt,
quod vbi indebitum solutum repetitur, quantitas repeti soleat, non hac generali condict.
sed speciali, indebiti. s.

VVesenb. in parat. h. t. nu. 1. & 2. arg. l. in toto §. de reg. iur. l. seruus. de legat. 3. generi
enim per speciem recte derogatur, quod quando fallat, vide Paul. conf. 176 lib. 2. & Ias. in
materia iurisdic. in l. quod in rerum §. si quis potest, de legat. 1. Bart. in c. studuisti, de off.
leg. c. generi, de reg. iur. in 6.

XXII.

Hic quæri solet, An id quod propter impossibilem causam datum, repeti possit, Et non
posse

posse concluditur, quia talis causa pro non adiecta habetur, & in donationem res incidit, (a) nisi conditionaliter datum probetur, (b) quo casu impossibilis conditio actum suspendit, & quia sequi non potest, eundem annullat. (c)


(a) l. cum donationis 34. vbi Bart. & Ias. de transact. C. (b) l. dictam 8. vbi Bart. de cond. ob caus. (c) l. impossibilis de verb. oblig. in prin. Instit. de inutilib. stipulat. vide Dd. in d. l. cum donationis, & l. dictam, l. non solum de act. & obligat. Quæ tamen conditio in testamento non obtinet §. impossibilis, de hæredib. instit.

XXIII.

Hæc conditio cum generalis sit, tum præcipuè competit, vbi nulla ex specialibus datur, vel qua nam danda sit dubitatur.

l. 1. & toro tit. de æffimat. act. & præscript. verb. l. si fullo. 2. l. auunculo ult. ff. h. t. VV. senb. in parat. h. t. num. 4.

Durum patientia vinco.



153255

AB: 153255


(X2203998)

K.



De legibus et constitutionibus Imperatorum





Farbkarte #13

B.I.G.



CONCLUSIONES
ET FF. ET
INDICTIONE IN-
ET SINE CAUSA.

A FAVENTE GRATIA,
ARISSIMIS CONSULTISSIMIS-
e Michaële Cronenburgero, & D.
LL. Licent. Dictatore & Fisco, in
Agrippinates Iuris Collegio, an-
nore publicè defendere
conabitur.

VS DYENBERG
REFORDIANVS.

*pro salute redempt. 1591.
die Id. Septemb.*



AGRIPPINAE Mm
AT PETRVS KESCHIDT.



35

